

8. Junii 1439

Ex Codic. Bibl. Barberinae ubi tribus quartis partibus voluminis  
fermè evolutis

1439. 6 Junii

515.

Epistola Eugenii IV Papae ad Albertum Romanorum, Hungariae et Bohemiae Regem.

Carissimo in Christo filio Alberto Romanorum Hungariae et Bohemiae Regi Illustri salutem. Pridem intellecto quod carissimus filius noster Vladislaus Poloniae Rex, gentem quandam armorum in Regnum Bohemiae contra tuam serenitatem destinare intendere, non mediocriter doluimus, tum propter innumera mala quae ex ea re illis regionibus et etiam aliis possumus verisimiliter accidere, tum propter tuam Regiam Celsitudinem, cuius statum augeri cupimus, et semper esse quietum, pacificum et tranquillum; et ut his malis celeriter obviamus, mittimus ad eundem Regem velocem nuntium cum litteris, quarum copia his intercluditur. Ad quem ut in ipsis continetur litteris infra paucissimos dies solemniter mittemus Ambasciatam, omni diligentia apud ipsum Regem laboraturam, ut ab omni insultu et apparatu bello contra ipsum tuum Regnum Bohemiae, et alia tua dominia omnino desistat; cui ambasciatae efficaciter injungemus ut omnia agere procuret per quae pacifica ipsius tui Regni Bohemiae possessione uti et gaudere, sicut dignum est, valeas, quodque si quid discordiae aut controversiae est inter tuam serenitatem et ipsum Regem, sedare, et inter utrumque charitatem et amicitiam renovare studeat. Ad quae tua quoque serenitas propter bonum publicum Christianorum, quorum maximam curam habere debes, studeat omni diligentia incumbere; ut ex vestra pace et reliquis fidelibus pariatur pax, et hostium nominis Christi vires valeant per vestram concordiam, prout cupimus, et pugnari. Datum Ferrariae VI Idus Junii. Anno Octavo.

106

511.

107

consona nobilis Nicolai de Inewancin  
filia domini Andree de Vissdrice,  
sana mente et corpore existens, non  
compulsa, neque coacta, sed de bona  
ipsius voluntate recognovit. Quomodo  
omnes et totas partes suas paternas  
et maternas hereditatis, quas pater suus

111



107

conson nobilis Nicolai de Inewanerin  
 filia domini Andree de Vistdrice,  
 sana mente et corpore existens, non  
 compulsa, neque coacta, sed de bona  
 ipsius voluntate recognovit. Quomodo  
 omnes et totas partes suas paternas  
 et maternas hereditatis, quas pater suus

*[Faint, illegible handwritten text in the left margin]*

*[Faint, illegible handwritten text at the bottom of the page]*